

X 186 3041

4212

BONVS MVLIER

Sive

**CENTVRIA IVRIDICA PRACTICA
CA QVÆSTIONVM ILLVSTRIVM:**

DE MVLIERIBVS, vel VXORIBVS.

Ex textibus juris civilis, & Canonici inprimis,

L. doce ancillam § audacter in eam ff. de Ventre inspiciendo.

L. in copulandis § Stichus 4. & § fortiter 6. ff. de ventre in possess. mittendo.

L. Un: Cod: de Mulieribus in quo loco Sexui congruentia agnoscat.

Cap. Cum MARTHA 10. § dignum & justum est X. de purific. post partum.

Cap. Tonsura prima 12. cap. Clericus COADJUTOR 13.

Cap. Clericus adulter X. de vita & honestate Clericorum.

Et ex uni verso jure Panteſtarum, desumpta & selecta.

QUAM PRÆSIDENTE.

Magnifico, Clarissimo, & consultissimo viro, DN.

**CVRADO TRENTACINQVIO, J.U.D. & in illustris: &
florētissima RHODISIANA. Gallorum Academia pro tempore**

**Rectore, & Professore primario Celeberr: pro Licentia & gra-
du in utroq; jure consequendo, publicè pro viri-
bus defendere conabitur.**

JOACHIMVS EBERARTus ab HAHNOVV, EQ: MUND:

Fiet disputationis initium in majori collegio Ictorum idē

Quintil: proximis feriis Canicularibus, & sequentibus Hilaribus

**Martinianis, festivitatisq; Bacchanaliorum, horis matutinis
vespertinis, & nocturnis, quando, & quandiu quis**

poterit, & alicui videbitur.

RHODIS.

Excudebat Daniel de Baretis,

Anno 1616.





AD LECTOREM

Pone supercilium *FACILIS*, durumq; rigorem
THEMATA quisquis adhuc pauca legenda venit,
Non semper tristi ducit sua tempora vultu
PRUDENS! Sed curas temperat ipse jocis.
Nec pluvia stillant semper, sed solibus æther
Æstuat, interdum lucidaq; astra micant,
Quid rigida DIROS, imitaris fronte CATONES
Nec tibi quæ non sunt! scripta severa placent.
Falleris! Et quæ sunt nandum tibi cognita damnas
Judiciq; tui REGULA CURVA! set est.

Frue, & utere bonis præsentibus

M. I. D.

Quid præsentibus? præsentibus?

BONIS SATIS! MALIS vero PLUS quam SATIS.



CENTVRIÆ IVRIDICÆ PRACTICÆ QVÆSTIO-

num illustrium.

I. THESIS.

Mulieres sive VXORES, licet non sint communes, juxta Anabaptistarum opinionem! ut tamen eas, in comereio virorum esse oportet. Quemadmodum videmus plerasq; mulieres, in civitatibus Hansiaticis, in commercio esse, inprimis ubi Clerici, & Hispani, Angli, & Hollandi, dominantur, qui cum mulieribus, viris interim vinum bibendibus, & consentientibus, Commercia indefinenter exercent, idq; quia Notorium est, ullâ probatione non indiget, sed solâ allegatio sufficit.

L. Si adulteriū cum incestu § idem pollioni ff. ad L. Iuliam de adult

Sic CATO Uticensis summus Philosophus concessit Hortensio usum conjugis suæ, referente.

Appiano lib. 2. bellor: civil

Et Socratem summum politicum, & omnium sapientissimum, uxorem suam Xantippen usufructuariam alteri dedisse. Scribit Plutarchus in vita Socratis.

Laert lib. 2. in vita ejusdem.

Vnde apud Spartanos Lex erat, licere cum uxore alterius consuetudinem habere, si modo vir permitteret, quod & Cicero in pr: librorum suorum de inventione attestatur.

Vxores autem Communes esse debere CARPOCRATES docuit, quod etiam de secta Nicolaitarum scribitur in Ecclesiastica Historia lib. 3. cap. 29. Vnde apud multas Gentes communem mulieris usum permanisse testantur.

Diodor. Sicul lib. 1. cap. 1. Alexand. lib. 1. cap. 1. Calvus Rhodig. lib. 1. cap. 18.

Hinc Cabades Rex persarum qui adhuc hodie Nicolaum

pro DEO, invocant publica lege permittit viris quaslibet uxores accedere, ut scribit Agathius lib. 4.

Quem sequutus MAHOMETUS Turcarum Legislator lege lata in Alcorano suo etiam Hodie unicuique Duodecim Vxores habere permittit, ancillas autem sine numero quot libuerit, attestante.

Aenea Sylvio cap. 56. Polydor. de Invent. rer. lib. 7.

Hodie vero nostris temporibus Romæ & alibi Ne uxores ibi fiant communes, aliquot millia CURTISANARUM loco uxorum quotidie videntur, locantur, conducuntur, & in diem addicuntur, & quaslibet CURTISANA pro inscriptione, in Catalogum meretricum PONTIFICIS Sancto aureum Vngaricum persolvit, ut liberè & impunè seortari, negotiaque muliebria exerceat, & ex illis quæstum facere possit, quod omnes qui Romæ nobiscum vixerunt, vel aliquandiu ibidem commorati sunt attestabuntur. Vnde LENONES tot ibi reperiuntur, quot Carnarii, Piscatores, Hamiota, & Pistorum dulciarii, & Braxatores Cerevisiarum (ut cum Bartolo loquar) ibidem habitant. O Sanctissimum patrem Papam PETRUM successorem vel quasi! O Sanctos septuaginta Cardinales Romanos, ex quibus triginta Cardinales Romæ semper in loco resident, & singulis septimanis die Lunæ cum Papa Consistorium celebrant, reliqui Cardinales per universum orbem terrarum peregrinantur, ut universum corrumpant mundum.

Sic curios simulant, & Bacchanalia vivunt. Sic, Curia papalis fovet omnia scandala mundi, propter sanctum Denarium Vngaricum. Verum quia Nemo debet dicere papa cur hoc facis? cap. quanto de Translat. Episc. ubi Glossa Non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat, respiciendum est, ut pronunciat Juris consultus.

in L. sed licet. 12. ff. de officio præsidis.

Quinimò Papa universam Christi doctrinam revera in Ethnicam doctrinam convertit.

Quia

1. Quia sicut Ethnici Philosophi unum Deum esse dixerunt quem PANA vocarunt, postea tres Deos habuerunt, JOVEM in coelo, NEPTVNVNVM in aqua, PLVTONEM in inferno.

Sic PAPA quidem concessit esse unum DEUM, & esse Patrem, filium, & Spiritum sanctum, sed ut Ethnici habuerunt Reginam Coeli, VENEREM, cui sacrificarunt & illam omnibus Diis prætulerunt & dicunt esse omnium pulcherrimam & cogere omnes Deos in suas leges: Ita Papa virginem MARIAM vocat vnser liebe Frau / & illi tribuit honores divinos & Reginam coeli vocat, tribuit ei omnia quae tribuuntur filio DEI.

*MARIA mater gratia,
Tu nos ab hoste protege,
In hora mortis suscipe
Tu pro nobis ora
Tandem in mordis hora.*

Sic totum Psalterium pontificij ad Mariam transtulerunt, Dixit dominus domino meo, der Herr spricht zu vnser liebe Frau / unde pontificij S. Mariae extruxerunt templa: Sed in honorem filii DEI, nullam extruxerunt Canobi-um, detur unicum, das zum Sohn Gottes genant were.

2- Sicut Ethnici DEOS habuerunt omnium rerum: PALLAS gubernavit Sapientiam: Ita pontificij S. CATARINAM praesidem Sapientiae finxerunt, ut in Academia VVittenbergensi haben sie zum Siegel Divam Catharinam quae largiretur sapientiam. Deinde sicut Ethnici habuerunt Appollinem, qui daret Sapientiam: Ita pontificij S. ERASMVNVM: Ethnici MARTEM in bellis: Pontificij S. MAVRITIVM invocant. Ethnici JUNONEM invocarunt, quae divitias daret, Nostri Papistae ANNAM invocant; Ethnici NEPTVNVNVM in maris periculo: Pontificij S. Nicolaum, & S. CHRISTOPHORVM; Ethnici BACCHVM: Pontificij S. VITVM, quia vitis heist ein

A 3

Weinstock

Beinstoß bona derivatio! Pontificii invocant, S. Brandanum, wenn ein Haus brennet/SEBASTIANVM pro peste, quod pestilentia esset praefectus: S. ROMBOLDVM contra spectra. mirum, quod non dixerunt Cobboltum.

3. Papistæ prout Ethnici cultum Veneris habent: Quia in singulis urbibus peculiaria lupanaria habent. sicut adhuc fit Romæ, & in alijs civitatibus pontificiis Insuper Papa imperavit abjurare conjugia, in quo Papistæ deteriores sunt Ethnicis, quia contra legem naturæ est, prohibere conjugia. Insuper Ethnici habuerunt Monachos Cori- bantes: Item, sicut pythagorici fuerunt Monachi, & habuerunt virgines vestales quæ jurarunt castitatem: Ita illi pontificii Monachos, & virgines Moniales, ordinarunt, quæ castitatem jurarunt, quam nunquam servarunt, ut ignem sacrum custodirent. Sic Papa, perpetuas faces ardentes in templis ordinavit, den todten/und allen heiligen sehen die pontificii, brennendte Liechter vor / & hoc facto, significant, se esse cæcos, & in media luce, verbi DEI, non posse, nec velle, cernere veritatem. das sie beyh Liechte die warheit Göttliches worts nicht sehen können/noch wollen.

4. Ethnici Philosophi docuerunt, se suis virtutibus, remissionem peccatorum accipere, & venire, postea ad campum Elyseum, zu gelerten Leute/ut Socrates apud Platonem Virgilius de Aenea, & Anchise, fabulantur, sed malos homines, qui haberent peccata venire in purgatorium, & sic Papa, & ipsius asseclæ, plane, ex Virgilio, suam doctrinam de purgatorio, sumplerunt & retinuerunt. Quia purgatorium ipsis est locus, ubi purgantur qui peccatis sunt polluti, da sie erslich trucken werden / de inde veniunt, in Lymbum patram, da die Altväter sein: resurgente Christo seind sie erst mit gen Himmel gefahren.

5. Ethnici DEOS indigetes habuerunt qui, ex hominibus Dii facti sunt, ut Romulum, Aneam, Herculem; In pontificii

pontificii ex Apostolis **DEOS** indigetes fecerunt, Ein jeder
hat sein eigen Aposteln / quem adorat Imò nihil aliud est
quam Ethnicismus.

Hodie **JESUITÆ**, welche Jesu zuwider solche errores
hementeln / aliquo modo subtilius delirant nach dem sie Lu-
therus in Saxonia, und Zwinglius auch andere in Helvetia,
& Gallia, haben auff die Finger geklopfft.

Quia Jesuitæ aliquo modo hodie sunt meliores (jedoch
nicht viel besonders) Monachis veteranis, dann sie mengen
die Schrift mit darunter / & tamen nihilominus furores re-
tinent veteres, sunt planè Ethnici, differunt tamen ab Eth-
nicis in illo, quia Ethnici delirarunt absq; verbo **DEI**:

Papistæ vero, & Jesuitæ in media luce, verbi divini, deli-
rant. Igitur majus peccatum committunt, Et docti Jesui-
tæ veritatem religionis, intelligunt, & tamen contra con-
scientiam, propter ventrem, & fettas prabendas, quas pro
se, & suis agnatis, & cognatis impetrant, pontifici, & menda-
cijs, blandiuntur.

II.

Vxores itaq; An à viris necessaria urgente causâ ex pote-
state maritali vendi possint? Videbimus.

Gen. 3. vers 16. & 24. versic: 58: Levit. 22. versic. 12. Num 30.

Deut. 22. vers 5. 1. Chor. 11. vers 6.

Quandoquidem marito, in uxorem Monarchicum Imperi-
um competit.

*L. 9. Cod. de Rei. vind. L. servum. 21. ff de manumiss: Tiraquell.
de retractu in praf. n. 15. & ad L. L. Connub. 1. per tot.*

Quippe Monarchiam repræsentari in una qualibet do-
mo, ipse philosophus Aristoteles 1. Polit. 2. & 3. fatetur Un-
de maritus ex plenitudine potestatis maritalis, in uxorem
adulterum domi suæ deprehensum unâ cum uxore licitè
occidit, etsi adulter princeps sive Magistratus sit.

L. 20. L. 24. ff de Adult.

Qua propter summus Pontifex **SIMIA**, juris civilis,
hodie

hodie etiam Clericis suis concubinas vendere permittit.

Cap. eos distinct. 32. Cap. Quidam distinct. 81.

Simiam juris civilis Papam ex illa ratione nomino, quia notissimum est, plerasque pontificis sanctiones, ex media sece, Glossatorum aurium Civilium, esse confusas, ut patet ex cap. fin. de testib.

Cap. 5. § fin. de procurator. in 6. & alijs plurimis.

Neque id diffidetur Franciscus Duarenus, in tit. ff. ubi & apud quem. Et hoc unice pontifici, propositum fuit, ut jura Romana suspecta redderet.

Cap. cum esses 10. X. de Testam. cap. 2. de pactis in 6.

Tandemque ex Academijs exturbaret. Ne pontificie technæ manifestarentur.

cap. super 28. de priv.

Et liquidissimum est, defuisse Pontificibus, veram legum ferendarum disciplinam. Vnde pontifex, Anno millesimo, ducentesimo decimo quinto ex stolidissima ratione, Quia quatuor essent elementa, intra quartum gradum, matrimonium constrinxit.

Cap. pen. de consang. & affin. Beza de Repudiis fol mibi 37.

Quæ? qualis? quanta? hæc est consequentia? Quatuor sunt Elementa? Ergo quatuor sunt gradus matrimonij? Baculus stat, in angulo. Ergo. Currus habet quatuor rotas. Ergo quatuor sunt gradus intra quos matrimonium, debet esse prohibitum?

Fit tamen hisce ineptijs PONTIFEX, veterem juris civilis computationem graduum abolere, conatus est. Insuper etiam constat totum jus pontificium, ingeniosæ avantitiæ, præcepta, & capiendi formulas, specie pietatis adumbrare. Dicente Cornelio Agrippa, de Vanit. Scientiæ. Et propterea ex Academijs Germaniæ, admonente D. Martino Luthero, in Italiam rejciendum. In primis Decreta, quæ à Gratiano compilata sunt, quæ nullam vim legis habent, tantum privatas opinionationes, discrepantes, recensent, In
historicæ

historicâ relatione, in jure Canonico, omnia falsa & conficta sunt.

Covarru. 4. resolut. 18.

Vnde & paleas vocant, Insuper privatus fuit Gratianus, & pontifici, extra territorium. jus dicenti non obtemperandum.

Vide Bodin. de Repub. 9. & 3. cap. 3.

Tum cogitari debet cap. venerabilem 33. de Electione & Elect. Potest. quod nullo jure merâ ambitione, scriptum, refert.

Crantz. 3. lib. Saxon.

~~~~~  
**Vermahnung / vnd Warnung / D. Martini Lutheri / an die Juristen / auff dem Predigstuel / zu Wittenberg / am 13. Februarij Anno 43. Geschehen.**

**A**hie ist noch eintes verhanden / davon ich warnung thun muß. ich halte / dz alle Teuffel / mit aller gewalt / verhanden seyn : Es vnterstehen sich vnser Junckern die Juristen / daß jus Canonicum / den Bábstlichen dreck / öffentlich / dero Jugend zu lesen / das wir mit groffer mühe / vnd Arbeit auß vnser Kirche gestossen / verworffen / vnd verdampft haben / vnd das mit gnugsamen vrsachen / bewiesen / dz es in vnser Kirchen / nicht zu dulden / vnd zu leyden sey ! Sie aber mit Stolz / vnd vns zum verdruß / wollen solchen Stinckenden Dreck / wider in vnser Kirchen bringen. Ich wil euch aber ernstlichen vermahnet / haben / versugt / mich nicht zu hart / ist euch ja zu wohl / Ich wil euch das kuzeln / vertreiben. Ich weiß besser / was jus Canonicum sey / als ihr alzumahl lernen vnd erfahren werdet / Esels fürze seind es / wolt ihr gerne / ich wil sie euch auch wohl zufressen / geben / darumb Rathe ich / laß den alten Hund schlaffen / vnd lasset Theologiam. Theologiam bleiben. Vnd thut nur die Esels / fürze auß der Kirchen / wo nicht / so muß ihr : Ist doch

B



doch im ganzen Bäßtlichen vermaledeyeten Vnrecht (Ich  
 solte es sagt haben Recht) nicht anders / dann eitel Eselsfüße /  
 Darin man euch nicht kan / das geringste pünctlein / lehren / wß  
 Glaub / Liebe / vnd Sacrament sey / vnd jr wollet / ewre Künst  
 darin beweisen / die ganze Kirche / zu schanden machen / vnd die  
 arme Jugend / vorseumen / euch selbst / dazu / vund vns damit zu-  
 trohen. Ich wil dich es / wol lernen / ist dero Teuffel gar in euch  
 das ihr nicht wißet / was ihr thun sollet / Ich meine ja / ihr het-  
 tet guugsam / in den Kayserslichen Rechten / zu studieren vund  
 zulesen / denn die Jugend / mit den Eselsfüßen / vorseumen vnd  
 verhindern. Ist doch das ius Cæsaraum, Imperatorium ein  
 studium infinitum. Du soltest Gott / dancken / dz du der Esels-  
 fürke loß werest / wenn du wüßtest / was du / vornemlichen thun  
 soltest. Mich wundert das die Silber Juristen / vnd dero  
 Thaler wegen / solche schande / dero heiligen Schrifft auffthun.  
 Wolan gelüstets euch / Ich wil euch die lust büßen / darzu sey  
 dir troß gebotten. Wollet ihr das thun / weil ich lebe / wß wer-  
 det ihr denn nach vnserm todte thun. Wolan ich wil euch ver-  
 mahnet haben / vnd gebeten / darzu das ihr eben wißet / ist euch  
 ja zu wol / mit der Eselsfürkeren / fresset sie in Italia vnd anders  
 wo. Vnd macht vns kein Gestanck in dero Kirchen. Hucusq;  
 D. Luth. dl.

Hoc posito Quod uxores, ex potestate maritali, vendi  
 possint; etiam illas sub pacto Legis commissoriae, vendi  
 posse, existimamus, quâ cavetur, ut nisi pretium, intra cer-  
 tum diem, Emptor marito solvat, res sive uxor fiat inem-  
 pta.

*L. 1. § tot. tit. ff. de L. Commissoria*

IV.

Quo casu etiam uxores, sive mulieres, in diem, de jure  
 addicere licet.

*L. 1. § tot. tit. ff. de in diem addict.*

Ei autem cui, hoc pacto à Marito vendita est uxor, vel inte-  
 rea



rea precario tradita; interdictum quod vi, aut clam, accom-  
modari, verius esse, cum Cujacio contra Robertum, existi-  
mamus.

*L. 2. § in diem ff pro Empt.*

*L. 4. idem ff de in diem addict. L. 3. C. de pactis int. Empt. Vide  
Cujat 2. obs. 25. quem punit Robertus l. recept. lect. 35. § 1. a-  
nimadvers. 25. tueretur. se Cujatius. 1. not. Mercat. 25. § 10. obs. 290.*  
Verum pactum de revertundo, hic omnino necessarium est  
& a muliere, Chirographum prius, de revertendo, postulan-  
dum, Ne ipsi accidat, quod civi Romano, ante paucos annos  
contigit: Recens enim Romæ, dives Mercator Romanus,  
appetebat conjugem, cujusdam pauperis civis, & promisit  
marito, mille coronatos, ut concederet sibi, cum uxore ip-  
sius, unius noctis concubitus, quod uxor recusavit nisi ma-  
rito, permittente, hoc fieret. Maritus autem sponte conce-  
dit, & accepit pecuniam, inopiâ victus, & misit uxorem ad  
adulterum Mercatorem, Postea cum elapso tempore mari-  
tus uxorem repeteret, uxor ad maritum redire, noluit, sed  
responsum ipsi debet.

Quia tu me semel, Mercatori in diem & noctem addixi-  
sti, & vendidisti, Ergo non ad te revertar: Sed per noctes,  
atq; dies, dum vivo, hic, apud Emptorem mercatorem me-  
um, manebo: quod proculdubio ab adulteris antea contra  
maritum ita practicatum est.

#### V.

Vnde etiam Emptori, qui uxorem alterius, emit, uxoris lo-  
co uti, licet: Quia verissimum est. Quod perfecto emptionis  
& venditionis contractu, omne commodum, rei venditæ ad  
Emptorem, regulariter pertineat,

*L. 57. ff. de contr. Empt. L. 1. § pen. & fin. Cod. de. peric. & com-  
mod. rei vend. Idq; communiter à Dd. receptum est.*

#### VI.

Emptori tamen competit, remedium Legis. 2. Cod. de  
Rescindenda vendit:

Vbi tamen Sententia judicis, requiritur, quod ab Impe-  
ratoribus



poratoribus, nōve introductum, eleganter & nervose probat.

*Ar. pinell. ad L. 2. Cod. de Rescind. vend. p. 1. n. 3, & seqq.*

VII.

Quod si quis VIRGINEM se emere putasset cum mulier, venisset, redhibitionem, ex causa non esse Ulpianus recte scribit.

*L. 11. ff. de contrach. Empt.*

Nisi post compertum errorem, Mulierem, quam pro virgine emerat, emptor cognoverit.

Ita compressam ab alio, ignoranter, qui ducit, juste errorem prætendit.

*Matth. 1. vers. 15. Deut. 22. versic. 21. Harmenop. 4. Epit. 12.*

Dissentiente Dn. V. Velsenbecio in Parat. ff. de ritu Nupt. n. 8.

Quia hic non error simplicis, qualitatis, sed error substantialis. & talis qualitas occurrit, ut ex eadem Matrimonium etiam vitietur, nulla spe reconciliationis, existente, per

*Novell. Leonis 39. de Nuptijs Beza de repudijs fol. mibi 87.*

VIII.

Restitutionem, in integrum, tamen hoc in passu juris emptorem petere posse, negamus.

*Quia factum infectum fieri frustra contendimus L. in Bello § facta ff. de captiv. & posthlim. revers.*

VIII.

Ex præcedentibus, itaq; manifestum est, locari, tam nostras, quam alienas uxores posse, idq; valde usitatum est.

*Quia omnes res, quæ vendi possunt, etiam locari possunt, arg.*

*L. 34. § 1. ff. de contrach. empt. L. 5. ff. de Verb. Sign.*

*Etiam si aliena L. 7. 15. § 8. ff. Locati.*

X.

Quâ in re proxenetarum operâ uti, ab ijsq; ἐξμυνδν & πικδν populari posse, permittitur.

*L. Graca 6. Cod. de Sponsalib.*

XI.

Sed & uxores in Emphyteusim dari, à maritis posse, post multas



multas ambages, mariti, tandem obtinuerunt, & hoc jure utuntur, sed non aliter, nisi sub lege meliorationis.

*L. 2. § 3. Cod. de Emphyteos.*

Quod quatenus procedat videbimus.

XII.

Mandare quoq; procuratori, absens maritus, vel ex iustâ alia causa impeditus potest, ut sua sive mavis, Vxoris, negotia gerat.

*L. 28 ff de Negot. gest. cap. 1. fin. X de procur. in 6.*

Quod mandatum si à marito dissolutum non fuerit, omnino à procuratore, mandatario, implendum est, & fines ejusdem mandati diligenter custodiendi sunt.

*L. 22. § fin ff mandati.*

XIII

Quam in rem maritus, procuratorem constituere quem libet potest, etiam minorem XXV. annis. Nos etiam eum procuratorem, si modò non sit, minor XIV. annis jure Civili, in casu necessitatis dari posse, adserimus.

*§ just. Inst. Qui § ex quib. caus. man. L. 12. C. de procurat.*

XIV.

Quod si quis absq; mariti mandato, negotia MULIERIS gesserit, actionem negotiorum gestorum illi concedi, naturali æquitari conveniens est.

*L. 47. ff de negot. gest.*

Videlicet si quid, vel non ut oportuit gessit.

*§ 1. Inst. de oblig. ex quas. contract. 1. § in pr. ff de Obligat. § act.*

XV.

Ubi VOLPTVARIARVM, quoq; expensarum, ratio habenda est, quas maritus ipse per se, alias factururus fuisset, argum.

*L. in fundo 38. L. nisi venalem ff de Rei vind. Menoch, de arbitrariis jud. quæst. cent. 3. cas. 258.*

XVI.

Curandum tamen est, ne quid vi, metuvè, aut doli causa, cum uxore, gestum esse, dicatur.

B 3

Quia



*Quia si vis, Dolus, & metus concurrant pena capitis infligitur, aut pro iudicis arbitrio puniatur. P.H.O. Caroli V. artic. 118. & seqq. Vigil. cap. 6. tit. 1. de Constit. Carol.*

XVII.

Caveri itaq; oportet, dominum maritum rem ratam habiturum: Quia si maritus uxoris adulterium non detegat, sed patientia sua, *avgeinwōs* hoc vincat, nec L E N O proprie videtur, nec poena ordinaria punietur.

*Arg. L. 4. § 2. ff. de his qui not. infam.*

*Novell. 134, § mulier. Vigil. ad ordinat. Carol. in cap. 6, tot. 9. & c.*

XVIII.

Et si conqueratur MULIER, malè sibi negotia gesta esse æquum est, in negotiorum gestorem etiam directam actionem concedi. Vbi IMPERITIA culpæ annumeratur.

*Quia in hanc actionem, regulariter lata, & levis culpa venit, L. 23. ibi negotia gesta, L. 11. ff. de Neg. gest. L. 20. Cod. Eod. & c. Levissima culpa tum demum attenditur si alius negotiorum gestor, diligentior, commodius erat negotia mulieris gesturus, §. 1. Inst. de oblig. ex quas. contr. ubi Dd. communiter omnes. in hoc passu, consentiunt.*

Vnde rectè Dd. exstruunt regulam juris: Is, quicumq; desertæ negotia MULIERIS, gerit, saltem de dolo, & lata culpa, tenetur, &c,

*L. 23. ff. de Reg. Iur.*

*L. 223. L. 226. ff. de V. Sign.*

*L. 8. § 3 ff. de precario. L. 22. § 3. ff. ad Trebell.*

XIX.

Domino quoq; cuius Servus, vicini negotia gessit eandem actionem concedi æquum est, quæ appellatur. de operis servorum,

*L. 1. Cod. de operis libert.*

XX.

ERGO, & ABBATI, ex operis Monachorum quia illi servis æqui parantur, &c.



*Cap. Abbates 18. quest. 7.*

*Cap. Monacho 27. quest. 1.*

XXI.

Regulariter tamen Clerico, & Monacho uxorem ducere non licet, nisi in Cameram charitatis.

*Cap. 1. X. de Clericis conjug.*

Aliàs suspenduntur, deponuntur, & excommunicantur,

*d. cap. 1. cap. presbiter si uxorem distinct. 28. & c.*

Si Maritus servo alterius, vel Abbas Monacho mandaverit, ut ea negotia gerat, & in iis gerendis, aliquid vitii, morbi vè, servus, vel Monachus contraxerit. tam dominus maritus ipse, quam Abbas, actione de servo corrupto experietur, & c.

XXIII.

Sed & dominus ipse, qui INSTITOREM, hoc est, FACTOREM, præposuit, institoria actione tenetur,

*L. 5. § 12. L. 11. ff de Com. act.*

Si tamen ad certam rem, puta, ad mulieris negotia procuranda, quis deputetur, quia is, propriè Institor non est, utilis actio, saltem dabitur.

*L. 16. in fin. L. 19. in princ. ff de Inst. act. L. 5. Cod. Eod. L. 20. §. 5. ff.*

*Mand.*

XXIV.

Quidam ait VXORIS, sicut & aliarum rerum. societatem iniri posse, quod & verum est.

*L. 1. §. 1. L. 3. §. 1. L. 7. & seqq. ff de societ. Mozzius de societ. cap. 7.*

Et nisi partes adjectæ fuerint, vel adjici non possint, socii, æquales esse debent, in lucro & damno proportionem Geometricam.

*L. 29. in pr. ff de societ.*

XXV.

Quod si socii eà, vel iis uxoribus, simul uti velint qui prior est, tempore, potior, & iure erit.

*Quia qui prior appellat prior agit L. qui prior ff de judiciis.*

**Major**



Major autem sociorum pars, reliquis reluctantibus, actum  
inconsuetum facere non potest.

*Argum. L. 28. ff. communi divid. cap. in re communi ff. de Reg.  
Jur. in 6. Petri de Ubaldis tract. de societ. p. 5. n. 11.*

### XXVI.

Vxores nostras, amicis donare, nihil vetat, sed ira, ut ve-  
tus habet veriverbium! ἔτε τῶν φίλων ἔτε τῶν φίλων τῶν ἀγαθῶν.

*Quia omnes res tam corporales, quā incorporales donari possunt*

*L. 9. pr. L. 17. L. 27. ff. de donat. L. 14. Cod. eod.*

Maritus autem donator uxoris, de evictione si **MALA** sit,  
non tenetur, nisi stipulanti, promiserit.

*L. 18. in fin. ff. de donat. L. 2. Cod. de Eviēt.*

### XXVII.

Permutare autem uxorem, pro arbitrio, cuiq; licitum est

*L. 1. §. tot. tit. de rer. permut.*

In primis in Conviviis, & choreis, aliās secus est.

Est autem hoc negotii genus, inter Gentes ad septentri-  
onem usitatissimum, ideoq; barbara voce, **BARAPTVM**  
appellatur, &c.

### XXVIII.

**MUTUO** autem dari **VXORES**, haud posse, ex illa rati-  
one credimus. Quia earum **BONITAS** ignoratur.

*Quia mutuum est contractus, sive συνάλλαγμα stricti juris,  
quo rem, ea lege mutuo damus, ut eadem nobis in eadem qua-  
litate. §. BONITATE reddatur argum. pr. tit. Inst. de oblig.  
ex quasi contr. L. 55. ff. de solut.*

### XXIX.

Commodato vero Vxorem dari posse, nemo ambigit.

*L. 8. §. 9. ff. commod.*

Quia qui commodat, non facit rem accipientis, sed permit-  
tit tantum, ut re, ad certum tempus utatur.

*L. 1. in fin. ff. de precario Hottom. quest. illustr. 15.*

### XXX.

Ergo & precario licet utrumq; jure consuetudinario,  
propter



propter gratuitam, ut opinor, operam, raro usurpetur. Quia precarium est, quod preciodus petenti conceditur, quamdiu is, qui concedit, patitur.

*L. 1. in pr. l. 2. in fin. ff. de precario. cap. 3. X. de precario.*

XXXI.

Itaq; prudenter, agit, qui remunerandi gratia, interim HONORARIUM, Marito pollicetur.

*Quia mercede interveniente meretricium, & Simonia cum est, cap. ordinat. & cap. sunt nonnulli. l. 1. quest. 1.*

Consuetudo autem cum MERETRICE, quam fornicationem simplicem, Doctores nostri appellant, quæ mercede interveniente fit, ab adulterio diversa est, & illius pœnam, iura non definiverunt.

*L. 13. § 2. ff. ad l. Jul. de Adulteriis.*

Vnde DAMHUPERIUS. insignis practicus, fornicationem simplicem, majoris mali vitandi causa permittendam esse putat, ne fenestree, adulteriis aperiantur, & ut Vxores maritis illibate maneat.

*Joh. Damhuder in praxi trim. cap. 93.*

Ideoq; Pontifex, & ipsius Cardinales, Canonici & Monachi, cum animadvertent, quod adulteria impunè & absq; scandalo committere, non possent, MONASTERIA MONIALIUM extruxerunt & constituerunt, & illud ex veteri testamento, in Samuele benè quod ordinatum fuit, de mulieribus militantibus ad templum, illi in pravam imitationem converterunt, extruendo, in optimis, & selectissimis locis, Monialium. Dann im alten Testament haben die Weiber die Chorröcke / vnd ornath gewaschen / vnd haben ihr Gebet gehalten / Darentwegen hat der Pabst / vnd sein Cardinaln / auch seine Canonici, vnd Münche / auß dem Bethause / welches zu Jerusalem temporis Samuelis gewesen / hernach cher / Klöster Nonnen / vnd Hurenhäuser fast bey allen Kirchen gemacht.

Postea cum hic abusus populo Romano innotesceret,

CON-

C



**CONCUBINATUM** Papa & ipsius Cardinales excogita-  
runt, ut qui libet domi, duas, vel tres concubinas, siue mere-  
trices, alere, & impunè ita scordari, posset: quæ, cum con-  
fenescerent Domos in honorem, Sancti ALEXII, quas vul-  
gò *Lexhäuser* / nominant, ædificarunt. quas nos non imme-  
ritò dero *Thumbpfaffen Marstal* / hodie nominamus, darin sie  
die alten Concubinen / vnd Huren / noch auff den heutigen Tag  
hinein thun / ut iuenculas curtifanas, eò melius rursus ad se,  
recipere possint. Hæc est prima & egregia, fundatio, origo,  
& Basis Monasteriorum monialium, & domorum Sancti  
ALEXII, &c. XXXIII.

**DEPONERE**, quoq; uxores apud amicos, lices usitatum  
sit, periculosum tamen est,

*Quia fœmina & uxores sunt ex earum genere, quæ servando,  
servari non possunt.*

*L. 24. & 26. ff. Depositi.*

XXXIII.

Sed & maritis pignori, Hypothecæ, uxores, opponere  
licet.

*L. 1. in pr. L. 15. § 1. ff. de pign. & Hypothecis.*

Quia domini veri, oppignorare possunt, res quas, cunq;

*L. 6. Cod. quæ res pign. oblig. L. 13 ff. de pign. & Hypothecis.*

XXXIV.

Vti verò operâ, Mulierum depositarum, vel pignorata-  
rum, licet quis non convenerit; attamen de jure licet, si  
modò illis alimenta præstentur.

*L. 1. § 8. L. 3. § 3. ff. Nauta, canon: stabul.*

Quia etiam si depositum sit, contractus, de re, gratis custodi-  
enda, d. L. L. Attamen non impedit, quo minus remunera-  
tio, intervenire possit.

*L. 2. § 24. ff. de vi bon. rapt.*

Interim itaq; ex æquitate juris, mulieribus alimenta præ-  
standa sunt.

*L. quod in uxorem Cod. de Negotiis gestis ubi Cynus & Baldus*

XXXV. Quod



## XXXV.

Quod si, ne uti liceret uxore, maritus expressè conveno-  
rit, pacta servari oportet.

*Quia pacta dant legem contractui L. 1. § si convenit ff de positi.*

## XXXVI.

At si quis sigillum, vulgò Cathenarium appellant, uxo-  
ris instrumento adpositum, resignatum conqueratur (prout  
Mercator, quidam ante aliquot annos. Lipsiam profectus,  
& domum reversus, aput Senatam, in urbe A conquestus  
est) ad exhibendum locus erit, ut venter inspiciatur,

*L. 1. tot. tit ff de ventre inspiciendo L. 2 ff de term mot.*

Condemnatio autem fit, in id, quod mariti interest, quanti,  
(scilicet ut fulvum, spectatur in ignibus aurum) in litem  
juratum fuerit,

*per L. 3 ff de in lit. jurand. dl. 3 ff de term mot.*

## XXXVII.

Quod si illi, illæ vè, quibusea cura, inspiciendi ventrom  
uxoris commissa est, falsum renunciaverint, PRÆTOR,  
causa cognita, marito, novam actionē accommodabit, vel u-  
ti si MENSOR, falsum modum dixerit.

*L. 1. § 1 ff si mensor falsum modum dixer, ubi Cartol.*

Si vero inspectores & mentores dolum, latam ve culpam  
admisisse, de prehensi fuerint, in factam actione tenen-  
tur.

*D. L. 1. ff si mens fals. mod. dixit.*

Et novi alii inspectores, & mentores ordinandi sunt, si ma-  
ritus, se læsum esse, existimet, & venter mulieris denuò in-  
spiciendus est, argum.

*L. Un. Cod de error. Calculi.*

Sin autem, nullis terminorum vestigiis, neq; per Geome-  
tras, neq; vulvæ mentores, val arbitros, res expediri potest,  
JUDEX ipse controversiam expediet, & dirimet, argum.

*C. 2*

*L. 3. Cod.*



*L. 3. Cod. de mixt. fin. regund' actionibus.*

XXXVIII.

Et tamen in re Zelotipa maritorū diligentia, à prudentibus viris, meritò, improbata est: Cum eo duntaxat pertineat, ut in Vulva pileorum, phantastarum, & Cornutorum Catalogum adscribantur.

*Quia impossibile nulla est deliberatio, neq; custodia. L. non solum ff de oblig. & act.*

XXXIX.

Adde, quod Maritus nescius facti Vxoris, eodem beneficio gaudet, atq; conscitus, cum hanc mariti dolor, excruciet: illum, facti ignorantia excuset, quarum utraq; via, æquè ad salutem conducibilis est. Præsertim si ignorantia sit facti alieni tunc enim tolerabilis est, & de jure præsumitur.

*Cap. nullius. 1. quasi 4. cap. præsumitur de Reg. jur. in 6. L. 21 ff. de probat. L. 3. L. 5. & tot. tit. ff & Cod de juris & facti, ignorantia.*

In affectata autem, nimisq; supina ignorantia Mariti. diversum in jure est constitutum.

*L. 6. & 9. ff de jur. & fact. ignor.*

XL.

In hac materia ex nudo pacto cum MULIERE NUDA, agi posse, indubitati juris est. Per

*L. 7. L. 45. ff de Pactis.*

XLI.

Ex pollicitatione quoque præsertim jure jurando, confirmata, cum muliere agi potest.

*Quia jusjurandum transactionibus, & pactiōibus robur, addit. L. 41. Cod de Transact.*

XLII.

Quinimò rogata mulier, si tacuerit, pro consentiente habetur.

*Quia qui tacet consentire videtur L. item queritur §. impleto ff. Locati, l. 2. § voluntatem ff solut. matr.*

XLIII. Itaq;



### XLIII.

Itaq; non est necessaria, stipulatio, quæ tamen si interve-  
nerit, paratam executionem in bona mulieris, mobilia, &  
immobilia habet.

*§. 3 Inst. de inutil stipulat l. 14 §. 2. ff de Constit. pecum.*

### XLIV.

Maximè si syngraphum, vel chyrographum mulieris in-  
tercesserit: Sunt enim Instrumenta Muliebria GUAREN-  
TIGIATA, id est, paratam executionem, habentia, absq; al-  
lio processu judiciali.

*L. Un. Cod. de Confessis.*

*Ordin. provine. Thuring tit. 14.*

*Colerus de process. Execut. p. 1. cap. 13. n. 19.*

### XLV.

Est tamen nonnunquam locus hæc exceptioni non nu-  
meratæ pecuniæ.

*L. 14. Cod. de non num pec.*

### XLVI.

Famulos vero, & servos Dominis stipulari posse, explo-  
rati juris est.

*L. 1 ff de. V. oblig pr. Inst. de stipulat. serv. Hottom. 3. obser. 19.*

### XLVII.

In hac stipulatione omnes sunt individua! Quia in fa-  
cto consistunt, quod naturâ sua divisionem non admittit,  
veluti Cisternam Mulieris aperiri, fundum tradi, fossam  
fodi.

*L. 2. in pr. ff de verb. oblig. L. 72. ff eod. ubi Hugo Donellus n. 19.*

*& seq.*

### XLVIII.

Nulla autem censetur inutilis stipulatio, nisi quæ natura  
est, impossibilis.

*L. 28. & § 1 ubi Donell. n. 46. ff de Verb. oblig.*

### XLIX.

In re VXORIA actiones præscriptis verbis ex vulgatis

¶ 3

quatuor



quatuor capitibus: *Do ut des! do ut facias! facio ut des!*  
*facio ut facias* locum non habent. Sed alix quatuor dissimi-  
les, *do ut faciamus, faciamus ut des, faciamus ut facias, fa-*  
*cio, ut faciamus* hic substituuntur,

*L. 5. § 1. ff de prescriptis verbis.*

L.

Hoc in passu juris, ex contractu, in quo factum inest te-  
netur quis præcise ad faciendum, nec liberatur præstando  
id quod interest: Si modo factum illud mulieri, per *N A-*  
*TVRAM* explicari possit, contra omnium Doctorem com-  
munem opinionem.

*L. 11. § 1. 36 ff de Act. Empt. l. 25 ff contrab. Empt. l. 2. ff sicere*  
*pet.*

LI.

In contractu cum muliere! *Do ut faciamus, re tradita,*  
*& facto non secuto,* competit condictio *Causa data, causa*  
*non secuta!* Sive ut alii volunt ob rem datam re non secuta.  
Quia si pecuniam *dem / ut facias, facto non secuto,* in id,  
quod interest præscriptis verbis actio, vel utroq; casu, ad re-  
petendum contra mulierem condictio est.

*L. naturalis § 2. l. si sibi io. l. ob eam causam ff de prescrip. verbo.*  
*Donell d. tr. cap. 6. n. 3.*

LII

Ex contractu *faciamus ut des!* si postquam factum est,  
mulier cesset dare, nulla in illam de dolo actio est, nisi præ-  
scriptis verbis. Hanc quæstionem intricatam, & difficilem  
Paulus de castro de summis apicibus juris esse existimat, ut  
si Juris consulti reviviscerent, hanc antinomiam reconco-  
liare non possent: recencioribus, enim & veteranis Juris  
consultis, esse in cognitam, *DEUS* scit, inquit Cynus, quot  
sint in ea ignorantes vide Donelli sententiam quæ verior  
est, & rationibus non caret.

*in tract. de prescrip. verbo. cap. 10.*

Vbi si ex facto meo tibi nihil adsit, actionem de dolo, com-  
petere cum *Franco. Hotton,* in comment, de præscript.  
verb.



verb. & in § act. Inst. de act. cum, recentioribus statuit, Bala-  
solus autem & veteres Juris consulti, actionem de dolo,  
competere existimant.

*Bart. in l. Natur. § quod si faciam, 3. ff. de prescript. verb.*

LIII.

Diversum in PUPILLO, si tamen pubertati proximus  
sit, quia tunc intelligit, quid cum muliere agat, nec tutoris  
authoritate opus habet, ut saltem naturaliter obligetur, si  
videlicet ex conventionem, cum muliere inita factus sit lo-  
cupletior, & pecuniam lucratus sit.

*L. 13. in fin. l. 14. l. 41. ff. de cond. Indeb.*

*L. 59. ff. de oblig. & act.*

*L. 9. § 1. ff. de autor. sat.*

LIV.

In re VXORIA hodie actiones censentur bonæ fidei, i-  
deo, tam in bonæ fidei, quam juris stricti, alioquin contracti-  
bus, usuræ, etiam jure Canonico, debentur ex mora.

*L. 24. ff. de prescript. verb.*

*L. 11. § 12. ff. de usur. & mora.*

LV.

Ergo etiam fructus, & omnes accessiones.

*L. 38. ff. de usur. & mora.*

*Occiden. de mora cap. 3. n. 18.*

Etiam obligationem ad INTERESSE inducit.

*L. 8. ff. Quod cert. loc. argum.*

*L. 22. ff. si cert. pet.*

LVI.

Mora est frustratoria solvendi, vel recipiendi improba-  
ta dilatio, quæ tunc commissa censetur ut ait Martianus,  
cum quis interpellatus oportuno loco & tempore, non sol-  
verit, quod apud Indicem virum bonum examina bitur.

*L. 3. in fin. ff. de Mora.*

*L. 5. ff. si cert. pet.*

*Menoch.*



LVII.

Sciendum tamen est, interea hîc locum non habere interdictum, ! Ne quid in loco sacro Quia hoc faciunt, ipsi pontifices, & ipsius sancti Cardinales, Canonici & Monachi etiam Vicarii, impunè in ipsa Româ, Italia Hispania & Polonia, nil dicam de Germania contra.

*tot. tit. Ne quid in loc. sac. fiat. de quo vide Oldendorp 2.*

*Class. adl. 9. Forner. 1. select. 9.*

Sic JOHANNA Papissa octava ejus nominis à suo Cardinali compressa est, cum quo familiarius consueverat, fœtusque matrem sexum mentita virilem prodidit.

Quia hæc Papissa, in processione ad Lateranensem Ecclesiam, in clero, & populi Romani frequentia in platea, & via publica sub Cælo, doloribus partus oppressa, inter Colosseum & clementis fanum, puerum, ex fornicatione conceptum spectante Roma peperit Anno 857. ibique ex partu obiit. Cujus rei, memoriale adhuc extat Romæ, de quo Mantuanus proprius pontificiorum Poeta sequentes Versus scripsit:

Hic pendebat adhuc sexum mentita virilem

FÆMINA cui triplici phrygiæ diademate, mitram Extol-  
lebat apex, & pontificalis adulter

*Plura vide. in tract. Levinii Hulsij oppenb. nuper in 8. edito.*

LVIII.

Neq; & illud ! Ne quid in loco publico vel itinere fiat: Quia hoc faciunt impunè Mercatores, peregrinantes & navigantes.

*L. 1. pr. l. 2. § 1. vers. hominum ff de Interdictis.*

LIX.

Neq; & illud ! Ne quid in flumine publico ripavè fiat, prout faciunt Nautæ & Piscatores.

*L. 1. § 2. § 1. ff de Interdictis.*

LX.

Omnes autem dies tam festi, quam prophani, adde etiam  
noctes



noctes, utiles, hic censentur, neq; messium, aut vindemiarum tempora sunt importuna.

|                  |   |                           |
|------------------|---|---------------------------|
| Sed Bis in die   | { | cedendum                  |
| Bis in nocte     |   | tangendum Instrumentum    |
| Bis in septimana |   | saltandum juvenibus       |
| Bis in mense     |   | Cucurbitandum Senibus, si |

modo præcepta, Me dicorum rectè observare voluerint.  
Neq; opus est, ut Calendarium inspiciatur. Quia omnis homo mendax, ut Calendarius Quippe mensium, & vindemiarum ferias omnibus prodesse verè dicitur à D. V. Vesenbecio.

*in parat ff. de fertiis.*

LXI,

Non valent, in hoc passu, exceptiones:

I. Loci non tuti, si salvus conductus ad Camera[m] concedatur, & impetretur

*cap. accedens 4. Ut. lite non contestat. latè Colerus de process. execut. p. 4. cap. l. n. 170.*

In quo salvo conductu, in esse debet, non tantum veniendi, sed & recedendi concessio, juxta Menoch. 2. arb. jud. quæst. cent. 4. cap. 136. contra quosdam maritos qui veniendes adulteros, comiter excipiunt, sed abeuntes pessimè tractant

II. Neq; exceptio Senatus consulti Velleiani tributa mulieribus, ut infirmitati ipsarum consulatur. Quia locus Senatus consulto Velleiano, non est, si mulier accepto pretio aliquid promissit, vel fide jussit.

*L. 3 § 3. l. 19. § ult. ff. ad African. ubi Cujat. l. 30. ad Senatus. cons. Velleian.*

III. Neq; termini nimis angusti, exceptio, hic valet: Quia statim hic solvendum, aut bonis cedendum est. Quemadmodum mulier quædam nuperrimè ad amicum debitorem dixit, Solve mihi quod debes? illo respondente, non sum solvendo, tum illa replicavit: Ergo cede bonis, quod etiam postea factum, & licet in Camera Imperiali hoc ita non

D.

conclu.



conclusum, tamen in Camera charitatis hoc ita adprobatum est, contra.

*Auth. offeratur Cod. de lit. contest. Novel. 53. cap. 3. cap. inducea 3. q. 3.*

IV. Neq; feriaram ut antea dictum est contra.

*tot tit. ff. & Cod. de feriis.*

V. Neque exceptio legitimatationis personarum contra.

*tot tit. Cod. Qui legi pers. stand. l. fin. vers. necess. Cod. de Bon. qua lib.*

VI. Neq; exceptio plus petitionis contra.

*L. 3. § 10. ff. de except.*

VII. Neq; pacti conventi temporalis contra.

*§ 10. Inst. de except.*

VIII. Neq; exceptio spoli.

*Quia ille, intra 15. dies prius probanda est, cap. 1. de X Restit. spoli. & alitiorem requirit indaginem.*

Sed exceptiones sequentes hic locum habent.

I. Vtpote exceptio NEREUS conveniatur ulterius, nisi, in id, quod facere potest.

*L. 3. ff. de except.*

II. Exceptio non numeratae pecuniae, de qua supra per l. 14. C. de non num. pec.

III. Pacti conventi de non petendo.

*§ 3. & 9. Inst. de Except.*

IV. Jurisjurandi Exceptio.

*§ 3. Inst. de. Except. l. 15 ff. Eod.*

V. Rei judicatae inter easdem personas.

*L. 3. & 14. Cod. Quibus res jud. non noceat.*

VI. Exceptio transactionis.

*L. 21. Cod. de Transact.*

VII. Exceptio praescriptionis.

*pr. Inst. de except.*

Qua tres Exceptiones posteriores, litis, & mulieris ingressum, im-



sum, impediunt, unde *Exceptiones litis finitæ*. dicuntur.

*Siebard. ad l. 19. Cod. de probat.*

VIII. Et ultimo. Quemadmodum *Exceptiones* hic admittuntur: Ita & replicatio conceditur, quam sequitur duplicatio, eamq; excipit triplicatio & sic deinceps multiplicantur termini, in hoc passu juris, *Camera provincialis*, donec ad Submissionem, partes veniunt.

*L. 2 § 2. ff de Except. § 1. & seqq. Inst. de replicat.*

Licet in *Camera Imperiali* in dilatoris ultra duplicationem! In peremptoris vero ultra triplicationem non procedatur.

*Ord. Cam. p. 3. tit. 22. § wo aber § tit. 29. in fin.*

Quod secutus est Sapientissimus Princeps Augustus. Elect. & Dux Saxo: in suis Constitutionibus provincialibus Sax. p. 1. tit. 18. Vnde ibidem hodie Constitutione confirmata in dilatoris ultra duplicationem, in peremptoris ultra triplicationem, hoc jure procedere non possunt, neq; debent,

#### LXII.

Cæterum istis obligationibus, quia factum personale promittitur, frustra, atq; inutiliter accedit fidejussor, masculus, nisi sit fœminina. Quia vir Masculus fidejussor ad pœnam corporalem, hoc in passu juris, obligare se non potest.

*Argum. l. 13. ff ad l. Aquil.*

Et quamvis aliàs de jure civili Romano Germanico fœmina fidejussor esse non potest auctoritate Senatus consulti Velleiani tamen hoc jure quo nos utimur licitè admittitur.

*tot. tit ff & Cod. Ad Senatusconsultum Vellejan. l. 3. ff de Fidejussor. Gometz. 2. Var. resol. 13. n. 2*

#### LXIII.

Sunt enim omnes actiones in hac materia usq; adeo personales, ut neq; hæretibus competant neq; in hæredes concedantur.

Quia personalia officia & pacta personam non egrediuntur, neq; ad alium transeunt.

*L. idem in duobus § personale ff de pactis.*

#### D 2

#### LXIV. In his.



#### LXIV.

In hisce actionibus contra naturam aliarum actionum expedit, potius personæ, videlicet MULIERI, quam Rei, incumbere sive ut Pandectæ florentinæ habent incubare Contra Brocardicam juris: Melius est incumbere rei, quam personæ.

*L. 15. qui destinavit ff de Rei vind.*

#### LXV.

Ab hac porro actione, sicut à cæteris omnibus, quis non aliter liberatur, nisi solutione, & representatione ejus, quod debetur.

*L. 54. ff de solut.*

Tamen nostro jure quo utimur, humanitatis gratia, ex æquitate, solemus debitori valetudinario, aliquid spaci concedere. In locis, ubi jus Cæsareum viget, tempus quatuor mensium concedimus.

*L. 2. & 3. Cod. de usur. rei jud. Coler. de process. exec. p. 3. cap. 6. n. 278.*

#### LXVI.

In hac re uxoria NOVATIONE, delegatione compensatione ablatione, & similibus modis, quidem civiliter, sed non naturaliter quis obligatur.

*L. 2, & 2. Cod de Novat. l. 2. Cod. delegat. l. 5. ff de Accept. lat.*

Si vero certo loco debitum, compensetur ratio habetur utilitatis loci.

*L. 15. ff de compensat. l. 2. Sult, ff Quod cert. loc. Medicep. 1. quasi. 7.*

#### LXVII.

Aliud vero pro alia, invitæ creditrici Mulieri solvi non potest.

*L. 9. § 3. ff de pignor. art. l. 16. Cod. de solut. l. 21. § ff. de Const. per.*

Adeo



Adeo ut ne precium quidam speciei loco promissa nolen-  
ti Mulieri creditrici obtrudi possit.

*Vult. i. Juris pr. cap. 53.*

Nisi aut aliud singulari favore, certarum personarum, vel  
causarum receptum sit.

*L. 71. § 3 ff. de leg. i. l. 15. leg. 35. § 1. C. de donat.*

Autres debita solui nequeat.

*L. 8. D. de condict. furt. coros. 2. Miscell. n. 8.*

### LXVIII.

MARITUS, qui rem habet, cum ancilla non est propte-  
rea INFAMIS, cum ea in re exemplo, antiquorum patrum  
se tueri possit.

Quia impossibile est, quod patres vixerint in peccato,  
quod remitti non possit, vel in famiam importet. Ratio con-  
uexionis est: Quia alias patres qui vixissent in peccato,  
quod remitti non possit, non facti essent salvi, quod non  
praesumitur, & fuissent infames quod itidem dicendum  
non est. Atqui Patres cum ancillis vixerunt: Ergo vivere cum  
ancillis non est peccatum quod remitti non possit, vel quod  
infamiam importet.

### LXIX.

Unde uxori, contra maritum, de adulterio, accusatio,  
expresse in jure Civili, denegatur. *L. 1. Cod. ad Jul. de Adult.*  
Licet per Constitutionem Caroli. V. uxori contra maritum  
accusatio de adulterio sit permessa, ad poenam corpori in-  
figendam. *P. H. D. Caroli. 5. cap. 20.* Sed de Carolinis  
Constitutionibus, in Aristocratia latis, hic non disputamus.  
Quia illarum praefatio, satis ostendit, quod liceat adhibere  
aequitatem, quippe generatim, quilibet est legum suarum,  
moderator, interpret, & arbiter. *L. 3. Cod. ex quibus caus.*

### LXX.

Attamen uxori in jure civili Romano Germanico quo-  
nos unum, de inofficioso, querela contra maritum conce-  
ditur, si videlicet maritus,

D 3.

Bis



Bis in die { in mensa ad edendum.  
 Bis in nocte { ad dormiendum & vigilandum  
 Bis in hebdomada { ad persolvenda debita.  
 Bis in mense { ad cucurbitandum uxori senex.  
 Se non semper exhibeat. *Novell. 118. cap. 1. & 4.* Quia juxta  
 sanctionem pontificis maritus in super tenetur uxori, ad  
 reddendum debitum, & e contra. *cap. Tua nos X de Jurejur.*

#### LXXI.

In quo judicio maritus, & extraneus, non in solidum, sed  
 in id duntaxat, quod facere possunt condemnandi sunt. *L. 3.*  
*ff de except.* Quia de jure hic ultra posse nemo obligatur. *L.*  
*25. ff de re jud.*

#### LXXII.

Non debet autem uxor semper venire, cum sacco para-  
 ta, sed expectare Enthusiasticos raptus, vel donec tempus,  
 jure, & a marito, præfixum sit elapsu. *L. uxores ff de divortis.*

#### LXXIII.

Quid si maritus adeo frigidus fuerit, ut ad officia Virilia  
 omnino ineptus sit, matrimonium posse dissolvi sancti Pon-  
 tifices statuerunt.

*Cap. 1. de frigid. & malef.*

Præsumptio autem semper est, pro potentia mariti ideoq;  
 recepto juramento ab utraq; parte mulieri elapso triennio,  
 alia nuptia conceduntur & impotenti, matrimonium in-  
 terdicitur, *Cap. laudabilem & cap. fin. X de frigid. d. cap. 1. de*  
*frigid. & malef.*

#### LXXIV.

Cæterum si fœminæ Instrumentum, ita sit obferatum ut  
 a marito aperiri non possit, vel potuerit Pontifices quoque  
 divortium, si toto triennio medicatio tentata fuerit, permi-  
 serunt. *cap. 2. & 3, X de malef. & frigid. c. proposuisti X de pro-*  
*bat. processum, & quod ocularis inspectio, ad Chirurgos &*  
*Medicos pertineat, explicat, & attestatur, Joachim. à Beuf.*  
*tr. de matrim. fol. mibi 105.*

#### LXXV. Sed



LXXV,

Sed si foemina postea in veniat aliquem, qui seras hujusmodi referat, potest de integro matrimonium restaurari.

*Quia cessante causa divortij, cessat effectus.*

Id est ipsum divortium. *L. adigere § quamvis ff de jure patr.*

LXXVI.

Quod si vero uxor apta sit, ad viriles amplexus, & maritus pecunia instructus, ac cum pleno sacco domum revertatur, Neq; uxor, ullam moram facere, vel ut horis canonicalibus, matutinalibus prius intersit. jejundet, vel elemosynam indigendi prius faciat marito per suadere debet.

Quia in causis summarijs in continenti absq; strepitu judicij, de simplici & plano procedendum est.

*Zanger. tr. de except. cap. 2. n. 5.*

LXXVII.

Hic in rei uxoriae causa, omnes servitutes personales censentur, quae à persona, personae debentur, Est autem servitus, hic jus in muliere, alij constitutum, jus domini mariti minuens, alterius augendi sive oblectandi causa *§ 1. Inst. de reb. corp.*

LXXVIII.

Velut est jus, ut vicinus onera vicini sustineat, ut tignum in mulieris parietem, immittat, flumen, & stillicidium, mulieris recipiat, *L. 33. de servit. urban.*

LXXIX.

Item ut MULIERIS Cisternam aperiat, inter actum viam aqueductum, & haustum pecoris, ad aquam appulsum, ut praestet jus pascendi, arenam fodiendi *pr Inst. de servit Ru- Ric.* Quia servitute constituta & concessa omnia una concessa esse intelligantur sine quibus servitute, uti recte non possumus.

LXXX.

In quibus omnibus PATIENTIA pro praestatione habetur

1. *Quia omnes HAHNREIHI sunt patientes:*

2. *Quia in harum mulierum servitutum constitutione pro possessione*



possessione usus intervenit, § PATIENTIA mariti pro traditione  
est. L. ult. ff. de servitut.

LXXXI.

In hac materia rei uxoria, jure consuetudinario, omnes  
omninò testamentariae dispositiones cessant. Quia in hac  
materia locum tantum habent actus nocturni, qui sunt in-  
ter vivos. L. 21. ff. de Testam.

LXXXII.

In eadem hac materia possessio, quidem animo & cor-  
pore, acquiritur, sed solo corpore, amittitur nempe, cum de-  
suerimus ei v. 3. mulieri, adherere. *lun. Cod. uti possidetis.*

LXXXIII.

Possidere autem mulieres, non nisi per nosmetipsos pos-  
sumus corpore & animo nostro conjunctum. L. 1. l. 32. § 1. ff.  
de acquir. possess.

LXXXIV.

Unde qui jure familiaritatis, uxoris fundum ingreditur,  
non videtur possidere l. 41. ff. de acquir. poss. Sicut, nec ille,  
qui ex primo decreto, in possessionem fundi mulieris mis-  
sus est, in possessione revera est, L. 3. § 8. ff. uti possidetis.

Quia jure possidere & in possessione esse differunt ratio-  
nis est: Quia aliud est habere jus ad rem: Aliud habere rem  
in re. Sic & sponsus ante nuptias, habet quidem jus ad rem  
videlicet sponsam sed non statim rem, in re, In nuptiis vero  
non solum habet, jus ad rem, sed rem, in re, videlicet spon-  
sa.

LXXXV.

Est autem plenum humanitatis interdictum; Ne vis fi-  
at ei, qui in possessionem missus est. L. 6. Cod. unde vi.

86. Neq; tamen prohibemus Novi Operis Nunciatio-  
ne uti & cautionem de dano infecto exigere ut videlicet, ab  
opere, nobis nocituro, desistat. l. § 1. ff. de Novi oper. Nunc. Si  
quid autem operis jam factum est quod fieri non debuit,  
cassat



cessat hoc edictum, & locum habet interdictum, quod vi,  
aut clam d. l. i. ff. de Nov. oper. nunc.

87. Prima autem causa acquirendæ possessionis, &  
dominii in hoc passu juris est, aspectus, quem sequitur col-  
loquium, deinde osculum, post actus, & contrectatio, ac  
deinde ea, quæ est postrema lima & rima, quæ plenum do-  
minium, & possessionem parit, juxta versus.

*Post visum, risum. post risum, venit in usum:*

*Post usum tactus, post tactum, venit in actum:*

*Post actum fructus, post fructum pœnitet acti.*

Item per lignorum incisionem, in januam mulieris, L. 7.

*§ 12. ff. solut. matrim.*

88. Cui proxima causa acquirendæ possessionis est,  
clavium cubiculi, domus, Horti, postici traditio, quæ cla-  
vium traditio in mariti præsentia tutò fieri non potest,  
quemadmodum de jure requiritur, hideoq; in absentia  
mariti ut fiat tutissimum est. L. 74. ff. de contrach. Empt.

91. Uxor a marito domo expulsa, ut sæpè fit primo  
occupanti conceditur, & potest pro derelicto possideri.  
L. 51. ff. de acquir. rer. dom. Quia omnes res, pro derelicto  
habitæ, statim de relinquentis esse desinunt, & primo oc-  
cupanti conceduntur, § 47. Inst. de rer. divis. l. 2, § 1. ff. pro  
derelict.

92. Sed quid juris, si uxor maritum domo expellat  
& negotiorum gestorem interim domo retineat, quod sæ-  
pissimè Mulieres Hansaticæ practicantur; Respo. I.  
Maritus uxorem adulteram, criminaliter ad penam in-  
figendam accusare potest. L. Quamvis Cod. ad l. Iul. Ma-  
jest. 2, Potest agere civiliter contra uxorem coram  
officiali, principis, vel iudice Ecclesiastico ad divortium  
faciendum cap; porro X de divort. Et si notorium adul-  
terium uxorem domo expellere potest. Cap. fin. X de adult.

*Si vero*



Si vero adulterium non notorium est, vir ad cohabitationem, non compellitur, sed cum probatione sua admittitur, quæ ab ipso nullo modo malitiosè, in præjudicium mulieris differenda est.

93. Quod si uxor spontè extra mariti domum pernocta verit, si animum revertendi habet, non videtur divertisse. *L. 3. in fin. ff. de rer. divis.* Quia idem jus est in transfugis. *L. 3. Sult ff. ad l. Corneliam.*

94. Et si amissam uxorem maritus recuperaverit, nulla ipsi in eum, qui uxorem receperat actio competit.

Quia officium suum nemini debet esse damnosum *l. sed & si quis ff. Quemad. testam. aper.* In primis si Clericus amissam uxorem receperit Quia ille non ex mala intentione, sed causa imprimendæ benedictionis illam recepisse censetur. *cap. dictum est 1. quest. 1.*

95. Fæminarum usucapionem, exemplo rerum mobilium triennio parari posse, arbitramur. *§ 1. Inst. de usucap. cap. 16. quest. 93.*

96. In Agasonem, cujus Asinus rugitu suo priapicum Laide Nympha lusum interturbat, actionem si qua drupes pauperiem fecisse dicatur, concedendam esse putamus. *l. 2. ff. ad l. Aquiliam.*

97. Merito levem castigationem marito in malam uxorem iura permittunt. Nos autem nullam modicam in malam uxorem castigationem, sed talem sequentem potius concedimus, videlicet, ut malam uxorem maritus aut non attingat, aut ita verberet, & vapulet ut vix vivere possit, vel utrumq; omittat. Quia aliàs suspicio veneni per omnem vitam hæret. *§ sed hoc tempore Inst. de his, qui sui sui.* De excessu tamen maritus arbitrio iudicis puniatur. *Menoch. 2. arb. jud. cas. 36. 4. n. 14.*

98. Querenti quâ actione conveniatur nova nupta  
quæ



quæ prima nuptiarum nocte, sponsum admittere nolens,  
usq; adeo cruciavit ut mane mortuus in lecto, inventus  
sit. quod accidit sponso A.L. Respondi secundum ea quæ  
proponerentur, ex maleficio teneri, *L. 14 ff ad l. Cornel. de  
suar.* Quod tamen restrictionem doli mali requirit, *VVe-  
semb. in parat. tit. ad l. Cornel. n. 12.* Licer PONTIFEX Ro-  
manus, sponsum cum sponsa, ob reverentiam benedicti-  
onis, & Monachi illos copulantis, prima nocte in virgini-  
tate permanere jubeat, & statuatur. *cap. sponsus. distinct. 23.*

XCIX. Rogatus contra: quâ actione subveniatur, mu-  
lieri, nimiam libidinem mariti, accusare volenti: Respon-  
di cum jura constituta sunt in iis, quæ ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ accidunt,  
non in iis, quæ ἐν τῇ ἀλώγῃ, illi extraordinario reme-  
dio succurrendum & maritum ad ancillas remittendū esse

Quia jura de raro istis contingentibus non constitu-  
untur,

*L. ex his ff de Legibus.*

Quandoquidem alias versiculi vulgares Knüppelhardi  
in hoc passu juris extant:

*Gallus, Gallinis ter quinis sufficit UNUS:*

*Ast non quinque VIRI sufficiunt MULIERI.*

Unde iudices, in causa tali ambigua olim respondebant,  
SIBI NON LIQUERE.

*L. 13. § ult ff de Arb l. 36. ff de re jud. Alcon. pad in divim.*

*Agell. 14. noct. Attic. 2. Brisson. 10. de verb. signif.*

C.

Fallunt igitur & falluntur, qui MULIERES HOMI-  
NIS esse negant, vel imperfectionis arguunt, vide Iubum  
Scaligerum exercitat. 274. contra Iacobum cujatium I-  
talum. *obs 6 cap. 21.* Ubi Iuris consulto Mulierem hominē  
esse negat per. *L. Si quis 38. § abortionis,* ibi Mulier, aut  
homo ff de pœnis. Quod refellit *L. hominis 152. ff  
de V. Sign. ubi Goedd. l. 1. ff de V. S. l. 3. § 1. ff de lib.*

E 2

hom.



hom, exh. l. 3. §. 1. ff. unde legit. l. 2. ff. de stat. hom. l. 1. §. 1. ff. ad l. Com. arg, maximum vitium Cod. de lib. præt. & ratio est,

Quia in d. §. abortionis Mulier & homo non opponuntur ad versè! Sed relative. Quia Juris consultus conjunctim dixerat de poculo aborationis, & a materio: si illo mulier, hoc homo sive masculus, sive fœmina perierit, ideoq; dicta Lex si quis 38. §. qui abortionis ff. de pœnis, nihil ad Cujatij opinionem stabiliendum facit, Quia verba **MULIER** aut homo debent referri ad præcedentia, quasi dicat Juris consultus: Nihil refert perierit *Mulier*, an abortierit, & sexus Ratio, dum ignoratur, quo ad abortionem (Quia dum Embrio, in utero est, non intelligi potest neq; nobis constat, in Masculus an fœmina sit) Ergo Juris consultus in textu l. 38. ff. de pœnis adposuit generale verbum **HOMO** Jam **HOMO** in se consideratus intelligitur ex capite naturali, adeoq; sexus ratione, & marem, & fœminam complectitur.

*L. Hominis 152. ff. de V. signif. l. 1. §. 1. ff. de l. b. hom. exhib. Vult. 1. Jurispr. 4. Hoëd l. 1. ff. de V. S. n. 32. Alciat. 7. Par. 7.*

Abutitur ergo Cujatius hoc textu l. 38. ff. de pœnis: Quia Juris consultus ibidem de duplici casu agit, primo ponit casum, si quis poculum amatorium dederit mulieri, quâ pœna reus afficiendus sit? & respondetur si dolo fecerint, & mulier aut homo id est Embrio qui in utero est (non perierint, si humiliores personæ sint, in metallum damnentur, honestiores in Insulam, amissa parte bonorum relegantur.

In secundo casu queritur: Quid si mulier aut homo, id est, Embrio perierit? Respondet Juris consultus tunc summo supplicio adficiantur. Quia de Embrione ni-

hil



hinc certi nobis constare potest, An mas sit an foemina?  
ut antea dictum est, ratio est. Quia Juris consultus lo-  
quitur de poculo abortionis. Si igitur homo id est Em-  
brio fuit, Ergo vixit in utero. Jam de Embrione con-  
stare non potest, an Mas si vel foemina Ergo dum Juris  
consultus in textu Hominis generaliter mentionem fa-  
cit & de Embrione loquitur, & marem & foeminam com-  
plexus est. *d. l. i. ff. de lib. hom. exhib.* Et si textus d. l. 36.  
ff. de pœnis contra Cujacium nostram sententiam vide-  
licet, quod mulier sit, & maneat homo, in omnem æ-  
ternitatem, confirmat. Neq; Philosophis adhistimus,  
dum mulierem foeminam minus hominem esse consti-  
tuunt, ut pote Platoni, qui dubitat, An mulieres mon-  
stris sint annumerandæ? Neq; Aristoteli qui mulierem  
monstris annumerat. Neq; Ciceroni qui virum magis  
perfectum esse, quam mulierem foeminam statuit, *Clem.  
Alex. i. Pedagog. cap. 4.* Quia nihil horum inter literatos  
nostri seculi receptum est, Nam æquè Mulier perfectus  
homo est ac vir. Masculus perfectus homo dicitur.

Quia licet Aristoteles ex eo dubitet, quod aliquid  
mulieri deficiat in ratione.

Tamen certum est, quod hæc Aristotelis ratio sit  
nullius momenti. Quia ipse Aristoteles concedit,  
quod hominem constituent, anima rationalis, & cor-  
pus.

Ergo data anima rationali, & corpore datur, per-  
fectus, homo, etiam in foemina Muliere. Et mulieres  
nostras hodie (Deo sit laus & gloria) plus lucis. & rati-  
onis habere, imò æquè rationales esse, ac ipse philoso-  
phus Aristoteles Dava Elisabetha Angliæ Franciæ, &  
Hybernæ Regina quondam P. M. potentissima, Elisa-  
betha Vestonia nobilissima, Johanna Otthonia foemi-  
na Flan-



na Flandriæ sapientiss: & infinitæ alix nostræ ætatis mu-  
 lieres notorium faciunt. Unde & Mulieres quandoq;  
 & virtutis Heroticæ & sceptri sive regni capaces esse, ipse  
 Plato. præceptor Aristotelis sibi ipsi contrarius *lib. 5. de*  
*Republ. attestatur V, Cornel. Tacit. 4. & 6. annal.* Item de  
 Moribus Germanorum *Francis. Picolomin. in Philosoph.*  
*mor. grad. 6. cap. 10. Lipsium 2. Polit. 3. contra Johannem Bo-*  
*dinum in Method. cap. 6. & 6. de Republ. 5. Forcat. in Ne yom.*  
*dialog 2. num. 5.*

Et nunc cum illo prosperi in Epigr. concludimas. Non  
 decertanti nulla est speranda Corona, palmam  
 qua capitur GLORIA FINIS  
 habet.

















QX Th 275

Vom  
an



**P** One sup  
THE  
Non sem  
PRU  
Nec pluvia st  
Æstuat, in  
Quid rigida  
Nec tibi q  
Fallens! & q  
Judiciq, t

BONIS S

venis

SATIS.

